

magnus, pacificus imperator, Romanum gubernans A quieto ordine deberet, post mortem vero suam ad imperium, qui et per misericordiam Dei rex Francorum et Langobardorum, omnibus fidelibus nostris presentibus et futuris notem sit quia Bennit fidelis noster in auctoritate nostra eo quod pater illius Amalangus dum ceteri Saxones parentes illius contra nos infideliter egissent, praefatus Amalangus malens fidem suam servare, quam cum ceteris infidelibus perseverare, relinquens locum nativitatis suae, veniens ad nos, et dum in nostro esset obsequio, venit ad villam cuius est vocabulum Unsvisengar quam tum temporis Franci et Saxones inhabitare videbantur, cupiens ibi cum eis manere, sed minime potuit: tum pergeans ad locum qui dicitur Unaldisbechii inter Viseram et Fulda propriatis sibi partem quandam de silva qua vocatur Bocchonia ^a, B quam moriens dereliquit filio suo Bennit qui ad nostram accedens clementiam postulavit celsitudini nostra ut nostra auctoritatis preceptum circa eum confirmare deberemus, quatenus ipse quoad vivet absque ullius prejudicio tenere et possidere

^a Aliam hujus donationis chartam nobis ignotam vidiisse oportet Browerum, siquidem Antiq. Fuld. pag. 217, ex ea observavit hanc Bennithi hereditatem habuisse soli culti tantum ut duas in longum,

Fuldense monasterium quod construxit sanctus Bonifacius, transiret, cuius petitionem denegare nolui-
mus, sed ita concessisse atque in omnibus confir-
masse cognoscite. Precipue ergo jubemus ut nullus fidelium nostrorum presentium scilicet et futuro-
rum prefatum Bennit vel heredes illius de hoc pro-
priso, quod in lingua eorum dicitur Bivanc expo-
liare, aut inquietare vel modo presumatis; sed
liceat, sicut diximus, ei per hoc nostrum precep-
tum ipsam terram quantumcumque pater illius
proprio et ei in hereditate dimisit tenere atque
possidere ut prescriptum est, et ut haec auctoritas
firmior habeatur vel per tempora melius conser-
tur, de anno nostro subter sigillare jussimus.

Suavius ad vicem Ercanbaldi recognovi.

Data Kal. Decemb. Anno xi, Christo propilio, im-
periis nostri, et 44 regni in Francia, atque 37 in
Italia.

Actum Aquisgrani palatio regio, in Dei nomine
feliciter. Amen.

totidem in latum, et in circuitu sex leucas circa Vi-
surgim ambiret, cujusmodi fuit illa Adalrici, apud
Mabillon. de Re dipl., lib. vi, pag. 512.

APPENDIX AD PRIVILEGIA B. CAROLI MAGNI.

TESTAMENTUM ET DIPLOMATA QUÆDAM CAROLO MAGNO SUPPOSITA.

I.

Caroli Magni imperatoris atque Francorum regis testamentum quo thesauros suos distribuit (anno 811).

(Ex Auberto Miræo, Opp. diplom.)

In nomine Domini Dei omnipotentis Patris, Filii, et Spiritus sancti. Incipit descriptio atque divisio quæ facta est a gloriosissimo atque piissimo domino Karolo, imperatore Augusto, anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi 811, anno vero regni ejus in Francia xliii, et in Italia xxxvi, imperii autem xi, indictione quarta; quam pia et prudenti consideratione facere decrevit, et Domino annuente perfecit, de thesauris suis atque pecunia quæ in illa die in camera ejus inventa est. In qua illud præcipue præcavere voluit, ut non solum eleemosynarum largitio, quæ solemniter apud Christianos de possessionibus eorum agitur, pro se quoque de sua pecunia ordine atque ratione perficeretur, sed etiam ut heredes sui, omni ambiguitate remota, quid ad se pertinere deberet liquido cognoscerent, et sine lite atque contentione sua inter se competenti partitione dividere potuerint. Hac igitur intentione atque proposito omnem substantiam atque supelleciliem suam, quæ in auro et argento gemmis- que et ornatu regio in illa, ut dictum est, die in camera ejus inventi poterat, primo quidem tria divisione partitus est; deinde easdem partes subdividendo, de duabus partibus viginti et unam partem fecit, tertiam integrum reservavit. Et duarum quidem partium in viginti et unam partem facta divisione ratione consistit, ut quia in regno illius metropolitanæ civitates viginti et una esse noscuntur, unaquamque illarum partium ad unamquamque metro-

C polim per manus heredum et amicorum suorum ele-
mosynæ nomine perveniat, et archiepiscopus qui
tunc illius Ecclesie rector existenter, partem quæ ad
suam Ecclesiam data est suscipiens, cum suis suffra-
ganeis paratur, et scilicet modo et tertia pars suæ
sit Ecclesie, duæ vero partes inter suffraganeos di-
vidantur. Harum divisionum, quæ ex duabus primis
partibus facta sunt, et juxta metropoleorum civita-
tum numerum viginti et una esse noscuntur, una-
quamque ab altera sequestrata, semotum in suo re-
positorio cum superscriptione civitatis ad quam per-
ferenda est, recondita jacet. Nomina vero metropo-
leorum ad quas eadem eleemosyna sive largitio
facienda est, hæc sunt: Roma, Ravenna, Mediola-
num, Forum Julii, Gradus, Colonia, Moguntiacus,
Juavum, quæ et Saltzburgus, Treveris, Senonas,
Vesonion, Lugdunum, Rotonagus, Remis, Arelas,
Vienna, Tarantasia, Ebrodunum, Burdegala, Turo-
nes, Bituricas. Unius autem partis, quam integrum
reservari voluit, talis est ratio ut illis duabus in su-
perdictas divisiones distributis, et sub sigillo recon-
ditis, hæc tertia in usu quotidiano servaretur, velut
re quam nulla voti obligatione a dominio possiden-
tis alienatam esse constaret; et hoc tandem quoad-
usque vel ille mansisset in corpore, vel usum ejus
sibi necessarium judicaret. Post obitum vero suum
aut voluntariam secularium rerum carentiam, ea-
dem pars quatuor subdivisionibus secaretur; et una
quidem eaurum superdictis viginti et unæ partibus
adderetur; altera vero a filiis ac filiabus suis, filiis-
que ac filiabus filiorum suorum, assumpta, justa et
rationabiliter inter eos partitione divideretur; tertia
vero consueto Christianis more in usum pauperum
fuisset erogata; quarta simili modo nomine eleemo-

A synse in servorum et ancillarum usibus palatii sumulantibus substantiatione distributa veniret. Ad hanc tertiam totius summe portionem, quae similiter ut ceterae ex auro et argento constat, adjungi voluit omnia ex aere et ferro aliisque metallis vasa atque utensilia, cum armis et vestibus, alioque aut pretioso aut vili ad vario usus facto suppellectili, ut sunt cortinæ, stragula, tapetia, filtra, coria, sagmata, et quicquid in camera atque vestiariorum eius eo die fuisse inventum; ut ex hoc maiores ihesu partis divisiones fierent; et erogatio eleemosynæ ad plures pervenire potuisset. Capellam, id est ecclesiasticum ministerium, tam id quod ipse fecit atque congregavit, quam quod ad eum ex paterna hereditate pervenit, ut integrum esset, neque ulla divisione scinderetur, ordinavit. Si qua autem inventur aut vasa aut libri, aut alia ornamenta quæ liquido constaret eidem capella ab eo constata non fuisse, hæc qui habere vellet, dato justæ aestimationis pretio emeret et haberet. Similiter et de libris, quorum magnam in bibliotheca sua copiam congregavit, statuit ut ab his qui eos habere vellet justo pretio fuissent redempti, pretiumque in pauperes erogatum. Inter cæteros thesauros atque pecuniam tres mensas argenteas et unam auream præcipus magnitudinis et ponderis esse constat. De quibus statuit atque decrevit ut una ex eis, quæ forma quadrangula descriptionem urbis Constantinopolitanae continet, inter cætera donaria quæ ad hoc deputata sunt, Romanam ad basilicam beati Petri apostoli deferatur; et altera, quæ forma rotunda Romanae urbis effigie figurata est, episcopo Ravennatis Ecclesiæ conferatur; tertiam, quæ cæteris et operis pulchritudine et ponderis gravitate multum excusat, quæ ex tribus orbibus connexa totius mundi descriptionem subtili ac minuta figura complectitur, et auream illam, quæ quarta esse dicta est, in tertias illas et inter heredes seos atque in eleemosynam dividendas pars augmentum esse constituit. Hanc constitutionem atque ordinationem coram episcopis, abbatis, comitibusque, qui tunc præsentes esse potuerunt, quorunque hic nomina descripta sunt, fecit atque constituit.

Episcopi. Hildebaldus [archiepiscopus Coloniensis], Richolfus [archiepiscopus Moguntinus], Arno [Rhenensis archiepiscopus], Wolfarius [Salisburgensis archiepiscopus], Berninus [Vesuntiensis archiepiscopus], Laidradus [Lugdunensis episcopus], Joannes [Arelatensis archiepiscopus], Theodulus [Aurelianensis episcopus], Jesse [Ambianensis episcopus], Netto [Basileensis episcopus], Huvalcaudus [A. Valandus, Leodi. episc.].

Abbes. Fridegisus [abbas S. Martini Turon.], Adalungus [abbas S. Vedasti Atrebates], Engelbertus [abbas Centulensis], Irmino [abbas S. Germani Paris.].

Comites. Walach, Maginher, Othulfus, Stephanus, Hunruocus, Burchardus, Maginhardus, Hatto, Richiuinus, Eudo, Erchangarius, Geroldus, Bero, Hildegerinus, Hrocholofus.

Hæc omnia filius ejus Ludovicus, qui divina ei iussione successit, inspecto eodem breviario, quam celerrime poterat, post ejus obitum summa devotione adimplere curavit.

a Diploma hoc inter adulterina merito recensuit Schœpelinus, *Alsac. diplom. tom. I*, pag. 104. Illud esse a falsario effectum liquide probavit Grandidier, *Histoire de l'Eglise de Strasbourg*, tom. I, *dissert. 4*, pag. 99-101, ad quem lector recurrat.

b Anno 770 nou Thibothaldus, sed Isenhardtus abbatæ Ebersheimensi præfuit. Annis tantum 803, 810 et 830 eamdem rexit abbas Theothaldus.

c Damus hoc diploma post Doubiletum, qui illud edidit in *Antiquités et Recherches de l'Abbaye de*

H.

Diploma Caroli Magni regis, quo confirmat possessiones abbatæ Ebersheimensis (anno 770).

(Ex Grandidier, *Histoire de l'Eglise de Strasbourg*.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Carolus præcedente Dei misericordia et subsequenter Franconum, omnibus regni fidelibus tam presentibus quam futuris. Quod Scriptura teste didicimus, quod rex qui sedet in solio regni dissipat omne malum intitu suo, per nos credimus impleri, qui tanti nominis curam administramus, si venerabilia ecclesiarum Dei loca aliquibus doni commodo ditare ac sublimare studeorimus, et nobis id regnique nostri statui pro futurum minime dubitamus. Quapropter noverit omnium Christi fidelium nostrorumque universitas, qualiter Thibothaldus abbas ^b de monasterio cuius vocabulum Noviendo sive Ebersheim in pago Alsacience super fluvium Illam, quod vir illustre Adalricus, sive Athicus dux, et conjux ejus Berswinda in Christi nomine, et in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli, sancti Mauricii martyris et sociorum ejus a novo in suo proprio construxerunt fundo, nostram adiit serenitatem, deprecans ut privilegia, quæ pte memorie genitor noster Pipinus, ejusque antecessores, reges videlicet Francorum, eidem monasterio, locisque, quæ ad sustentacionem fratrum ibidem Deo servientium pertinet, renoveremus. Præcipimus ergo per nostri principatus auctoritatem prædecessorum nostrorum constitutæ firmantes, ut, etc. (Et reliqua ut in diplomate supra relato ipsius Carolomanni regis.) Sed predictus abbas Thibothaldus, ejusque successores, easdem res augmentando ac meliorando potestate possident. Et ut hæc nostræ ingenuitatis auctoritas stabilita et inconclusa permaneat, hanc chartam jussu nostro conscriptam, manu propria confirmantes sigilli nostri impressione roboravimus.

Signum Caroli glorioissimi regis.

Actum Ingelheimi palacio publico, anno Domini incarnationis 770, regnante Carolo Magno, anno octavo regni ejus. In Dei nomine feliciter.

Data Nonas Idus Marcii. Ego Duraudus cancellarius scripsi et subscripsi.

III.

Diploma Caroli Magni regis Francorum pro prioratu Lebrahensi in diœcesi Argentinensi (anno 791).

(Ex Grandidier, *Ibid.*)

In nomine summi Dei et Salvatoris nostri Jhesu Christi, Karolus Dei gratia rex Francorum et Longobardorum, ac patricius Romanorum, vir illustris. Si petitionibus servorum Dei et utilitatibus ecclesiarum consulimus, et hoc ad effectum perducimus, retributionem exinde maximam a Deo in die necessitatis habere confidimus. Igūr cognoscat utilitas, seu sagacitas omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum, quia venerabilis abbas et fidelis nepos noster Folradus cum suis monachis de Basilica peculiaris nostri patroni domini Dionysii martyris et sociorum ejus Rustici et Eleutherii, ubi ipsi corpore requiescant, timens ne post nostrum recessum ecclesia Lebrahæ, quæ sita est in pago Alsacince, ubi ipse dominus et sanctus Alexander martyr corpore quiescit, et ejus possessiones, quas nos ex beneficiis nostris pro salute anime nostre ipsi sancto

Saint-Denys, *liv. III*, pag. 722, et qui in opere suo typis anno 1025 edito multa falsa veris intermixuit. Id senserat ipse Feilbien, qui in historia sua Gallica abbatæ sancti Dionysii nonnisi authenticæ allegans ea omnia suppressit, quæ falsitatem redolebant. Illud jam interpolatum, aut falsum declaravit Mabillon, *de Re diplomatica*, pag. 72. De falsitatis notis consultatur *Histoire de l'Eglise de Strasbourg*, tom. I, *dissert. 4*, pag. 107-109.

contulimus, atque implis et persecutoribus destruantur, ac A cessit ad nostram clementiam deprecans et petens, ut praeceptum auctoritatis et confirmationis nostra et tale libri et affirmari ex omnibus rebus pertinentibus ad ipsam ecclesiam dignaremur; quatinus predicta sancta ecclesia per hunc tempore in nostra et sua eleemosyna perpetua observatione ipsas res et possessiones, tenere et possidere valeat. Quorum iuste petitioni sicut justum est, annuentes et ecclesiae ipsi pro remedio animae nostrae in quantum possumus, consuletes, consenseretis prelati abbatis et optimatum nostrorum consilio, ipsius ecclesiae et possessionem ejus Lotharingia ducem advocationem constitutimus per Deum omnipotentem et precepti nostri auctoritatem obstantes, ut nec ipse, nec aliquis successorum ejus per succedentia tempora quid in ea injusta consuetudinis usurpet. Ita tamen ex regali fisco et sub tali conditione ei concedimus, ut si praepositus ipsius ecclesiae de hominibus suis, vel alienis res ecclesiae iuste auferentibus per se plenam iustitiam facere non potuerit, advocationem secum adducet, et exinde ambo judicariam causam, prout recta iustitia poposcerit, deducant. Quod si homines illi ex judicaria causa aliquid persolverint, quod nos leges vocamus, in tres partes dividetur, quarum duas praepositos et tertiam advocatus habebit. Quod si dux ipse aliquem ad vocacionem hujus participem et coadiutorem sub se habere voluerit, ut quod unus facere non poterit alter compleat, unum solum tantum concedimus, ita tamen ut ille liber sit et legalis. Hoc etiam nolum sit advoco, quia ter in anno ad curiam praepositi ex de-lito, si admittunt fuerit a praeposito, veneri, non plus quam duodecim homines, et eos quod irredem in comitate suo adducens determinatis scilicet temporibus, id est, post festivitatem S. Martini, et ad festivitatem S. Hilarii, et in mense Maio; et dum venerit tunc ei, a praeposito servitum ad mensam preparabitur. Ad festivitatem S. Martini et ad festivitatem S. Hilarii idem erit servitium, panis scilicet de modo frumenti, et fres inga admodum laudabilis, et mensura vini; ad panulum vero equorum ejus duo modii avens dabuntur. In mense vero Maio praefata erit mensura panis et vini etiarum duorum annorum: tribus vero equis solummodo panulum præbitur. Ad hanc vero mensam praepositus et advorus pariter s'debunt; et si quid ibi plus necessarium fuerit quam quod determinatum est, ex communis solvent, praepositus scilicet duas partes et advorus tertiam. Et ne ei parum videatur bujusmodi servitium, magna quidem erit retributio a Deo in die necessitatis et angustie. Si recte et fideliciter erga casam Dei et ejus possessiones egerit, ex beneficio, quae ipsi ecclesia pro remedio anime nostrae et regni nostri stabilitate obtuleramus, nonaginta mansos terrae concedimus. Si vero ipse advocatus, vel ejus successores, vel aliqua magna parvave persona temerario ausu contra hoc nostrum decretum agere præsumperit, vel alias consuetudines, extra quam in catalogo cartae hujus determinatum est, super casam Dei et ejus possessiones imposuerint, scient se anathematizare vinculo esse innotatos et a regno Dei alienos, et cum omnibus implis aeterni incendiis supplicio condemnatos. At vero qui observatores extiterint praecetti hujus, gratiam aliquę misericordiam, vitamque eternam a misericordissimo Domino consequi mereantur. Et ut haec petitio, quam a nobis praeditus abbas et ejus monachii postulaverunt, firmior habeatur et stabilius, manu propria subter eam decrevimus roborare et de anulo nostro signare.

Actum Romae palatio publico, xvi. Kal. Octobris in praesentia domini Leonis papae, anno vero xxii et viii regnante domino nostro Karolo glorioissimo rege.

Ego Leo apostolice sedis pontifex laudans et confirmans subscripti. Signum domini Leonis papae. Signum Caroli glorioissimi regis. Wibodus ad vicem Hitheri recognovit.

^a Fresinga est vox in antiquis chartis Alemannicis et Gallicis frequens, qua ordinarie designatur porcus annularius. Apud Aurelianenses, teste Menagio, Gallice *Fresange* appellatur porcus vndeum plane adultus, porcello tamen lactente fortior.

^b Falsitatis notae hujus diplomatis exhibet jam allatum opus. *Histoire de l'église de Strasbourg*, tom. I, dissert. 4, pag. 109-111.

^c Enzelin, vicus duabus ab Argentorato leucus.

^d Oppidulum Gemar.

^e Ansolsheim, vicus prope Colmariam.

^f Leimersheim, vicus tribus ab Argentino leucus distans, pertineat ad episcopum Argentensem.

^g Hodie Eusleim, bilingui Argentina distans.

^A **Diploma Caroli Magni imperatoris pro monasterio Lebraensi, datum anno 803, insertum diplomati Caroli IV, imperatoris anni 1348.**

(Ex Grandier, ibid.)

In nomine Dei! Amen. Carolus Dei gratia rex Francorum et Longobardorum, vir illustris ac patricius Romanorum. Quidquid enim ad loca sanctorum venerabilium ob amorem Dei concedimus, hoc nobis ad laudem et stabilitatem regni nostri et procerum nostrorum absque impedimento, alienatione, aut distinctione cujuscunq; perpetuis temporibus libere pertinere confidimus, volumus et jubemus. Igitur notum sit omnia fidelibus nostris tam presentibus quam futuris, qualiter monasterio Lebraensi in pago Alsaciæ, in salto Vosagii, quod fidelis nepos noster Fulradus abbas in sua proprietate ædificavit in honorem beatorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii, atque beati Alexandri pape, ubi ipse sanctus Papa corpore quiescit, concedimus fratibus ibi Deo servientibus quicquid eis oportunit fuit, et habere cognoscimus in valle Lebraensi, usque ad marcam magni et excelsi montis Vosagii, qui vulgariter nuncupatur *die Ries*, et in villa quæ ad sanctum Hippolytum vocatur, in pascuis, pratis, molendinis, hominibus, censibus, decimis, aquis, aquarum cursibus, montibus et sylvis cum aliis iuribus ac pertinetatis; sylvam quoque Colonmensem, et montem querces cum eorum collibus, terris cultis et incolitis, pratis, aquis, paucis, circumadjacentibus etiam locis planis et nemorosis, quæ omnia et singula ad usum et protectum predicatorum fratrum nunc et in futuris temporibus confirmamus. Nulli etiam licet in praedictis montibus, sylvis et locis, totiusque vallis confinio domos struere, terras sylvas, aut alias possessiones sibi de jure vindicare sine consentu abbatis ac loco sui substituti, cui talia sub annuali censu ut Dominis fundi competit præstare. In sylvis etiam sancti Hippolyti et Fluvii usque ad marcam magui montis praedicti usum et captationem ferarum, volvorum, piscium, hydrorum habebunt, et semper de jure possidebunt. In villa vero praedictis scilicet et locis, et in ^h Ensisheim omniandom justitiam temporalem ex fisco regio eius tribuimus. Unde ad vocatis, qui omnium iurium ejusdem monasterii defensores esse tenebuntur, pro retributione tertia pars cedet emendandum, exceptis in criminalibus et confiscationibus furti et homicidii et aliorum delictorum, pro quibus ad mortem quis condemnatur, ejus omnia bona confiscata ad ipsum abbatem perveniant, cum regimine ecclesiarum parochialium Lebraensi, sancti Hippolyti, Antbolzheim. Quod si loco sui aliquem idoneum, ut regat populum, desinaverit, et necessario convenienter provisum sit, cestera ad utilitatem fratrum dominum devenire. Insuper in ducatu Almannia super Eslingen et Hartberlingen plaustrum unum quantitatis consuetæ cum sex boibus admodum laudabilibus plenum et oneratum lino paro et mundificato, unumque sextarium usualis mogeta recipere et possidere concedimus, et volumus ad p.ædictum monasterium devehí perpetuis temporibus annuationem. Quæ etiam praedictus venerabilis nepos noster Fulradus ipsi casæ Dei contulit in ⁱ Gemar, ^j Antbolzheim, ^k Luimersheim, ^l Ensisheim, ^m Wolckshain, ⁿ Firdenheim, ^o Igmarshausen, ^p Wittewil, ^q Marchelsheim, ^r Grussenheim, cum eorum iuribus, jurisdictionibus, curiis dominicibus corroboramus. Ab ipsis vero fratribus, vel hominibus eorum super terram, seu per aquam quicquid vehentibus, vel deducentibus in civitatibus, in villis, in oppidis, campis, vel aliis quibuscumque locis vendentibus, aut ementibus ^s Ionium, ^t pedacium, pulveraticum, rotaticum, poulticum, pasmagium, coquastudines, aut alias tributa subventiones exigere et recipere prohibemus. Familiares etenim eorumdem in curiis et dominibus ipsorum comiuitantes, terras et possessiones eorum colentes et eis communicantes, styras nou dabunt, nec alia servitia, ipsis

^h Hodie Wolckshain, pertinens ad episcopum Argentensem.

ⁱ Hodie Firdenheim, vicus Alsaciæ in terris ordinis equestris.

^j In Igmarshausen, vicus olim prope Obereinhemium, secundo decimo tertio de-trutus.

^k Wittewil, vicus trans Rhenum pertinens ad DD. de Boëckel et de Franckenstein.

^l Marchelsheim, oppidum pertinens ad episcopum Argentensem.

^m Grussenheim, vicus pertinens ad dominos de Rathausen.

ⁿ Consule notae superioris diplomatis Caroli Magni pro Argentensi ecclesia, col. 938.

invitis, dominis, aut adoratis locorum non praestabant, ueque pro delictis, preter abbatem, judicem temporalem recognoscent, in his maxime, quibus justitia temporalis judicare consuevit. In ipsis namque curiis confugientes libertate et munitione ecclesiarum gaudebunt, conmorantesque in villis vendere, emere, aut alios contractus facere licetum erit, contradictorio praecepto non obstante. Et ne nostra donatio praedictorum et aliarum rerum, prout in chartis et aliis nostris praeceptis continetur, pericitur, animaque nostra simil et anima nostrorum predecessorum regum et futurorum aliquid stbi pro salute sua offerentum fraudulenter ob dimissionem divini cultus, ipsaque casa Dei patiatur detrimentum bonorum, quæ omnia libera et absque servitute, et penitus ab omni jure alieno soluta concessimus; sed et sepe dicta nostra abbaciola, sive casa Dei perenni tempore illibata permaneat, præcipimus ut nullus cujuscunq; conditionis existat magna, parvæ persona audeat, nec presumat bona et personas ejus quacunque occasione lavadere, arrestare, occupare, impeditre, alienare, vendere, emere, distrahere, vel obligare super his stylis, aut aliud jus petere, nec extorquere, consuetudines in prejudicium imponere. Dato vero in futurum aliquo importuno ignium, squarum, tempestatum, quod Christus misericordia permittat, ad restorationem et reparationem danni, ne fiat error peior priore, auctoritate superioris petitia et obtenta, hi, qui pro tempore in Lebrabæ monasterio residerint, aliquid ab alienis recipere valebunt cum assecutione bonorum, ita tamen quod ipsis creditoribus de principali sorte ad integrum persolutis amplius debitibus in bouis nostris et suis vexare prohibemus.

* Hæc præmitit Carolus IV imperator in suo diplomate an. 1548 : « Nos vero praedictorum alibatis et conuentus sancti Dionysii precibus lucinati, vidimus et perlegimus

A Quod si contra hoc præceptum attinare praesumererint, ei ultra justam et datam sumnam usurparient, ipsos sacrilegos ad judicium divinum appellamus, simulque propensam corporal; ab eorum judicibus ordinariis ad restitutio nem compellantur, et ad emendandam arbitriam condemnant rationabiliter, volentesque ex nostro proprio cunctulum pro nostra nostrorumque salute cum usuris violenter aut indebito, aut alias quovis modo per manus si enas et vel sacrilegas distrahabant. Vobis igitur nostris fidibus presentibus et futuris in villis et civitatibus nostri Imperii presentibus magistratibus, advocatis, consulibus et civibus nostram sanctam et dilectam abbaciolas in Lebraba cum personis et bonis ejusdem nunc et per succendentias tempora protegere et defendere jubemus. Timentes namque post deceasum nostrum in his non servare fidem, misimus homines corroborandum præceptum auctoritatis nostræ. Et ut haec donatio cum statuto præscriptorum stabilius habeatur, protectiones etiam ipsa casa Dei percipere glorietur, Lotharingia ducem advocationem et defensorum esse constituius. Venerabiles archiepiscopos Moguntinensem et Trevirensim et eorum suffraganeos cum eorum successoribus coadjutores et conservatores ex causa rationali omnium praedictorum esse a sancta sede apostolica meminimus impetrare nunc et futuris temporibus duratoria. Præceptum igitur presens manu propria subtersignavimus, et anulo nostro insigñi jussimus.

Datum Aquisgranii anno Domini 803, primo anno imperii nostri, quinto decimo regni nostri, regnante Domino nostro Iesu Christo in sæcula saeculorum. Amen.

præceptum invictissimi principis Carolis regis non ruptum, nec hi aliqua sui parte vitiatum, signo suæ auctoritatis in filo serico sigillatum in forma subscripta. »

ORDO RERUM QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

BEATUS CAROLUS COGNOMENTO MAGNUS IMPERATOR AUGUSTUS.

Prolegomena in Vitam beati Caroli Magni.	9	Capitulare generale Aquense (an. 803, Oct., Aquis).	213
Einhardi præfatio in eamdem Vitam.	25	Capitulare Langobardicum duplex (803, vere).	251
Vita B. Caroli Magni imperatoris, auctore Einhardo.	27	Capitula quæ in lego Salica militenda sunt.	253
OPERUM OMNIUM PARS PRIMA.—CODEX DIPLOMATICUS.	63	Capitula minora.	259
Sectio prima. — CAPITULARIA.	<i>Ibid.</i>	Capitulare Longobardicum.	261
Prolegomena.	<i>Ibid.</i>	Capitula quæ in lego Ribuaria militenda sunt.	263
Stephani Baluzii Tutebensis præfatio.	<i>Ibid.</i>	Capitulare de exercitu promovendo.	265
Georgii Henrici Peritz præfatio.	107	Capitula alia addenda.	267
D. Bouquet monitum.	119	Capitula missis cuidam data.	269
Capitularia Caroli Magni.	121	Capitula a missis dominicis edita.	<i>Ibid.</i>
Capitulare generale (an. 769-771).	<i>Ibid.</i>	Capitulare ad Salz (an. 803, æstatis).	271
Capitulare de banio dominico (Circ. an. 772).*	123	Capitulare metropolitani cuiusdam in synodo.	273
Capitulare an. 779 (Mart., Haristallio).	<i>Ibid.</i>	Capitula data presbyteris.	<i>Ibid.</i>
Capitulare episcoporum (an. 779).	133	Capitula legi Bajociariorum addita (an. 803).	277
Capitula e Montuanum (an. 781. Mart.?).	135	Capitulare Bajociarum (an. 803, Sept., vel Nov.).	<i>Ibid.</i>
Capitulare Langobardicum Pippini regis (an. 782).	137	Capitulare de latronibus (an. circ. 801).	279
Capitulare generale (an. 783).	139	Capitula ecclesiastica (an. circ. 801).	<i>Ibid.</i>
Capitulare Paderbornense (an. 786).	143	Capitulare Aquisgranense (an. 803, vere, Aquis).	281
Capitulare Langobardicum (an. 786).	147	Capitulare duplex in Theodosia villa (an. 803).	<i>Ibid.</i>
E. cyclica de litters colendis.	149	Capitulare missorum dominicorum (au. 803).	291
Capitulare ecclesiasticum an. 789.	<i>Ibid.</i>	Capitula presbyterorum.	293
Capitulare monasticum (an. 789).	183	Divisio imperii (an. 806, Febr. 8).	295
Capitulare generale (an. 789).	183	Capitulare duplex ad Niugam (an. 806, Mart.).	301
Capitulare quenam Pippinus rex instituit cum suis judici bus in Papia (an. 789, vel 790).	189	Encyclica de placito generali habendo.	303
Capitulare Francofurtense (an. 794).	191	Capitulare Aqueuse (an. 806, Aquis).	<i>Ibid.</i>
Capitulare Saxonicum (an. 797, Oct. 28, Aquis).	199	Capitula excerpta de canone.	<i>Ibid.</i>
Statuta Rhispacensis et Frisingensis (an. 799).	203	Capitulare Langobardicum (an. 806).	307
Statuta Salisburgensis (an. 799).	207	Capitulare Aquense (an. 807, Mart. circ.).	<i>Ibid.</i>
Edictum pro episcopis (an. 800).	209	Epistola ad Pippinum regem Italiae.	309
Capitulare pro pago Genomanico (an. 800).	<i>Ibid.</i>	Capitulare Ingelhelmense (an. 807, Aug.).	<i>Ibid.</i>
Capitulare Ticinense (an. 801, Jun.).	211	Capitulare Noviomagense duplex (an. 808, April.).	311
Capitulare Aquisgranense (an. 801, Nov.).	217	Capitulare Langobardicum (an. 808).	313
Mandatum de Saxonibus obsidibus imperatori Moguntiæ præstatandis (803 Jan. au. Febr., Aquis).	221	Capitulare Aquisgranense (an. 808).	313
Capitulare Aquisgranense (an. 802 (Mart., Aquis)).	<i>Ibid.</i>	Capitulare Aquisgranense (an. 809).	<i>Ibid.</i>
Capitula missis dominicis data (an. 802. Ma. L.).	231	Capitulare Langobardicum (an. 809).	319
Capitula excerpta (an. 802, Mart., Aquis).	237	Capitulare de disciplina palatii Aquisgr. (an. 809).	<i>Ibid.</i>
Admonitio generalis.	239	Capitulare de moneta.	321
Capitulare Langobardicum (an. 802, Mart., Aquis).	243	Capitulare ecclesiasticum (an. 809, Nov., Aquis).	323